# MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

# PROPER of the MASS

# ST PAUL, THE FIRST HERMIT

January 15

Psalm 91: 13,14,2 INTROIT

JUSTUS ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo Domini: in atriis domus Dei nostri. *Ps.* Bonum est confiteri Domino: et psallere nomini tuo, Altissime. Gloria Patri.

DEUS, qui nos beati Pauli Confessoris tui annua solemnitate lætificas: concede propitius: ut cujus natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per Dominum.

INTERCESSIO nos, quæsumus Domine, beati Mauri Abbatis commendet: ut, quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

Philippians 3: 7-12

FRATRES: Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, et arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, et inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Jesu: quæ ex

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus: planted in the house of the Lord, in the courts of the house of our God. *Ps.* It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy name, O Most High. Glory be to the Father.

# COLLECT

O God, who dost gladden us by the annual feast of blessed Paul, Thy Confessor: mercifully grant, that we may follow the example of his life, whose heavenly birthday we celebrate. Through our Lord.

#### COMMEMORATION of St Maurus

May the intercession of blessed Maurus, the Abbot, commend us unto Thee, we beseech Thee, O Lord: so that what we may not have by any merits of ours, we may obtain by his patronage. Through our Lord.

#### **EPISTLE**

Brethren: The things that were gain to me, the same I have counted loss for Christ. Furthermore I count all things to be but loss for the excellent knowledge of Jesus Christ my Lord; for whom I have suffered the loss of all things, and count them but as dung, that I may gain Christ: and may be found in him, not having my justice, which is of the law, but that which is of the faith of Christ Jesus, which is of God,

Deo est justitia in fide, ad cognoscendum illum, et virtutem resurrectionis ejus, et societatem passionum illius: configuratus morti ejus: si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis: non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam in quo et comprehensus sum a Christo Jesu.

Psalm 91: 13, 14

JUSTUS ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam, et veritatem tuam per noctem.

Osee 14: 6

ALLELUIA, alleluia. Justus germinabit sicut lilium: et florebit in æternum ante Dominum. Alleluia.

Matthew 11: 25-30

IN illo tempore: Respondens Jesus dixit: Confiteor tibi. Pater. Domine cœli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde: et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve.

Psalm 20: 2-3

IN virtute tua, Domine, lætabitur justus, et super salutare tuum exsultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei.

justice in faith: that I may know him, and the power of his resurrection, and the fellowship of his sufferings, being made conformable to his death, if by any means I may attain to the resurrection which is from the dead. Not as though I has already attained, or were already perfect; but I follow after, if I may by any means apprehend, wherein I am also apprehended by Christ Jesus.

## GRADUAL

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus in the house of the Lord. To show forth Thy mercy in the morning, and Thy truth in the night.

#### ALLELUIA

Alleluia, alleluia. The just man shall spring as the lily: and flourish for ever before the Lord. Alleluia.

#### GOSPEL

At that time, Jesus answered and said: I confess to thee, O Father, Lord of heaven and earth, because thou hast hid these things from the wise and prudent, and hast revealed them to the little ones. Yea, Father; for so hath it seemed good in Thy sight. All things are delivered to me by my Father. And no one knoweth the Son, but the Father: neither doth any one know the Father, but the Son, and he to whom it shall please the Son to reveal him. Come to me, all you that labour, and are burdened, and I will refresh you. Take up my voke upon you, and learn of me, because I am meek, and humble of heart: and you shall find rest to your souls. For my voke is sweet and my burden light.

#### OFFERTORY

In Thy strength, O Lord, the just man shall joy, and in Thy salvation he shall rejoice exceedingly: Thou hast given him his heart's desire.

LAUDIS tibi, Domine, hostias immolamus in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos et præsentibus exui malis confidimus, et futuris. Per Dominum.

SACRIS altaribus, Domine, hostias superpositas sanctus Maurus Abbas, quæsumus, in salutem nobis provenire deposcat. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

Psalm 63: 11

LÆTABITUR justus, in Domino, et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde.

REFECTI cibo potuque cœlesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut in cujus hæc commemoratione percepimus, ejus muniamur et precibus. Per Dominum.

PROTEGAT nos, Domine, cum tui perceptione sacramenti beatus Maurus Abbas, pro nobis intercedendo: ut, et conversationis ejus experiamur insignia, et intercessionis percipiamus suffragia. Per Dominum.

#### SECRET

In memory of Thy Saints, O Lord, we offer Thee the sacrifice of praise, by which we trust to be freed from both present and future evils. Through our Lord.

#### COMMEMORATION of St Maurus

May the holy Abbot Maurus, we beseech Thee, O Lord, obtain for us by his prayers, that the Sacrifice laid on Thy holy altar may profit us unto salvation. Through our Lord.

#### COMMON PREFACE

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

#### COMMUNION

The just shall rejoice in the Lord, and shall hope in Him: and all the upright in heart shall be praised.

# POSTCOMMUNION

We who are refreshed by heavenly meat and drink, humbly entreat Thee, O our God, that we may be defended by the prayers of him in whose memory we have received them. Through our Lord.

### COMMEMORATION of St Maurus

May the pleading of blessed Maurus, the Abbot, for us, as well as the reception of Thy Sacrament, protect us, O Lord, that we may both share in the glory of his works, and receive the help of his intercession. Through our Lord.